

05

A

1051





Quod rectè vertat!

Quadriga

QUÆSTIONUM
EBRAICARUM,

Quam

Sub

Tutela

MARTINI TROSTII

Linguae S. Professoris Publici, Fau-
toris ac Promotoris sui colendissimi.

Publico examini subjicit.

DANIEL HEINRICH

Chemnit. Misnicus.

In Auditorio Minori

die 26. Martij.

horis à 7. Matutinis.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI,
ANNO MDCXXXVI.

QVARTIUM

FERRARIUM

Trocha

MAR TIT ROSTII



Lingua S. P. Publica

forma ac Pro...

Publico examine scripta

DANIEL HEYRICH

150A

in hanc formam

die 10. Martij

1717

WITTE KAM

Typos Johannis Kohnstals

Anno MDCCLXXV



QUÆSTIO I.

*Quomodo parvarum vocalium mutatio in genere insti-
rui debeat?*

1. Quantis in delitijs, quantis amori-
bus apud homines nullo non seculò fuere spicilegia seu
selecta, quæ varij variè elegerunt & decerpserunt vix elo-
qui lingua valet. Quis hodiernâ ætate angulus, quæ na-
tio, ubi fama l. Lipsi non pervaserit? Causam rimaris
ac miraris? En habe, quia inter alios libro Electorum
operi non tam planè justo, quam exasciato fecit lucem.
Illorum itaq; operam, qui sanctis artibus cottidie incum-
bunt, & earum præcepta sat ampla in compendium sum-
mo cum studio referre adlaborant, modernorum Do-
ctorum schola ut q. ludum aliquem adspernetur nuga-
rum, mihi non persvadeo. Sanctas artes saluto, quia cum
ejusmodi loquor hominibus; quibus non est ignota ea-
rum præstantia ac divinitas, cum quibus jucunditas ut &
utilitas q. certamen quoddam iniisse videtur. Quam
optimè hæc intellexisse videtur Varro, cujus verba lib. 6.
de latina lingua in fine ita se habent; *Nemo reprehensus,
qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam.*

2. Hæc omnia non secus ac si ex Apollinis tripode essent
prolata quum videamus, ideò in præsentiarum nos quo-
que id agere constituimus, ut per plures Grammaticorum
regulas de generali parvarum vocalium mutatione agen-
tes, quarum nonnullæ falsæ, (uti inductio exemplorum

haut rarò ad oculum omnesque, ut dicitur, demonstrat
fensus) nonnullæ verò ambigæ, & nescio quarum alia-
rum arguendæ sunt falsitatum, in unam q. coacervasse,
& sic multa ἐν συνόψει proposuisse videamur. Ponimus
ergò de generali parvarum vocalium mutatione regulam

hanc; **Vocalis parva, ut parva &
pura, amittens accentum, vel
scheva subsequens expressum
vel subintellectum, sub literis
gutturalibus & quiescentibus,
& qualibet finali mobili, tran-
sit in scheva, vel vocalem lon-
gam.**

3. Veritas verò hujus regulæ licet non in animis, sed
in oculis, etiam in conspectu cujuslibet sanorum posita
videatur: attamen ad eam planius, plenius & q. ὁφθαλ-
μοφανερώς videndam necessitas suadet, veritas imperat, ut
eam exemplis, quæ quam sapissimè alicui rei ingens veri-
tatis adferre solent pondus, quodammodo firmiorem &
illustriorem reddamus. Dicimus itaque, quod substi-
tuatur pro vocali parvâ.

Voca-

Vocalis Longa.

מלכות ut גלות pro גלות
גפרות בריות בריות

Seq. Guttur. ואחבא ואחבא
ob dagesch טרף טרף
forte.

Seq. Qui- נמצאתי נמצאתי
es: sub מלאתי מלאתי
lit. N. הוצאתי הוצאתי
הנבאתי הנבאתי

Scheva.

קצפה קצף Motio.
סערה סער
דמעה דמע

מלכים מלך Declin:
נערים נער
קרנים קרו
חרבות חרב

בגדי בגד Affix:
צעדי צעד

Pathach.

Seq. א ברא עשה pro ברא
vel ה pra- קרא קרא
teriti. נראה נמצא
צוה קנא
הראה הוצא

שכבה שכב Parag.
אשמעה אשמע Fut. 1.
שכבה שכב Fut. 2.
חיה חיה Infin. affix.
למעני למען Parag.
Partic:

Affix. prat: הרגו הרג
Fut. 1. שמעני שמע
Fut. 2. ושמאלו ושמאל
Particul: עליך על

Voca-

Vocalis longa.

Scheva.

Segol.

קַצְפָּה

קַצַּף Motio.

Motio.

מַלְכָּה

מַלְךְ

סַעֲרָה

סַעַר

דַּמְעָה

דַּמַּע

מַלְכִּים

מַלְךְ Declin:

חֻזְקָה

חֻזַּק

נַעֲרִים

נַעַר

Dual:

קַרְנִים

קַרְנָיִם

חַרְבֹּת

חַרְבַּ

Affix:

בְּגָדִי

בְּגָדֶיךָ

אֱלֹהֵי

אֱלֹהֵי Partic:

Chirek parvum.

לַיְלָה

לַיִל

בַּיְתָה

בַּיִת

Sed in his formationibus
planè abjicitur.

צַיְדָה

צַיִד

זַיְתִים

זַיִת

לַיְלוֹת

לַיִל

עַיְנִים

עַיִן

יַיְנִי

יַיִן

Qua.

An צלמות sit nomen compositum, an simplex?

1. Gravissimi sunt authores, & qui non extremis digitis attigere philologiam hanc sacram, sed in ipsius campo ita versati sunt, ut pauca imò nulla in isto supersint spatia, per quæ ipsorum industria non decucurrerit, qui priori suffragantur, & צלמות nominibus compositis adjungunt, (vide Buxtorff. & Joannem Mercerum in suis lexicis) nos tamen illis hâc in parte punctum nostrum donare non possumus; sed id censentes, quod nobiscum per plurimi & autoritate magnorum & ab exornamentis doctrinæ hujus commendatorum censuere, censent, censebunt, à partis posterioris stamus lateribus, & quidem obsequentia.

2. Antequam autem assertioni nostræ stabilimentum quoddam supponamus, velim notetur, quod nomina composita in scholis Hebræorum occurrentia (exceptis proprijs) vix tot sint, quot ostia Nili, aut portæ Thebarum. Ομόψυφος hîc est Buxtorff. qui in thes. gramm. p. 66. sic tradit; *At vox composita apud Hebræos rarior est.* Hinc rectè etiam monet Antonius Jordinus A. S. Flore Jesuit.: in præfat.: radicum Hebr.: pag. II. *In lingua Ebræa, si nomina quedam propria exceperis, vix reperies voces compositas, ferè omnes simplices sunt.*

3. Et licet quæpiam sint, quæ primò aspectu ex diversis dictionibus conglutinata videntur, ea tamen plus in recessu nonnunquam habere, quam primâ fronte promittere, permulti experiuntur. Multarum sanè Hebraicarû vocularum deductiones radices lingvarum cognatarum suppeditant.

Lin-

Lingva etiam Arabica illa nobilissima Ebraea generosa filia
perpulchrè quam sapissimè divinis ancillatur scripturis. Ast
ejusmodi deductiones si quispiam negaverit, non solum in
lingvis orientalibus hospitem se profitebitur, sed & in os
contradicet Viris orientalium studiosissimis ac peritissimis.
Sic enim scribit Dn. Laurentius Fabritius citante Excell.
Præside in N. T. Syr. *Ha linguae (Chaldaea, Syr. & Ara-
bica) manibus se complexa, praestolantur ad nutum Ebrae
suae matris, sicubi illa hisce suis filiabus scripturae sensum com-
miserit observandum, ut si lector eò opus habeat, hasce nobiles
filias generosissima matris adeat, ab eis sensum alicubi scriptu-
rae petat.*

4. Rei etiam veritatis ergò unum saltem vel alterum
hic propolare exemplum non vacat. Valdè sunt occupati
artifices in investigatione $\tau\delta$ Etym. vocabuli מִיַּם . Non-
nulli enim ejus Etymologiam arcessunt à מִיַּם *ibi*, & מֵיַּם
aqua, quasi ibi sit & subsistat magna aquarum supracoele-
stium colluvies. Verum 1. hæc Etymologia est potius
svavis allusio, quam vera & genuina deductio. 2. dicimus
structuram hæc vice salvam & integram manere, utut
ipsum corruat fundamentum. Sunt etiam qui deduce-
re satagunt ab אֵשׁ *ignis* & מֵיַּם *aqua*, de qua & similibus
vocularum deductionibus differere angustia temporis non
permittit. Interim videatur Glass. philolog. sacra lib. 3.
tract. 1. c. 23. Tutissimum verò imò & felicissimum est, $\tau\delta$
ἐτυμολογία petere à radice Arabica أَش , quæ radix notat *alcum*
esse, eminere, excellere, & opponitur radici contrariæ أَض
id est, humilem, depressum esse. Hinc deducitur أَرْض *ter-*
ra. Non ignoramus quidem non paucos sed oppido mul-
tos linguarum orientalium vindices reperiri, qui أَرْض de-
ducere conantur à أَر h. e. *cucurrit*, quod videl. animalcula
currant in ea, circa eam verò elementa alia, corporaque
coele-

col estia, notante Excell. Schindlero in Lexic. Verum huic notationi cornua obvertit i. radix Arabica قار uti dictum.

2. Chaldaica & Syra hujus voculae formatio ארעא .

5. Sed hisce veris, uti verissimis, positis, non possumus quin nostrae sententiae fundamentum sequenti includamus syllogismo, qui ita;

Quodcunque nomen salva & integra manente ipsius linguae indole, nec non absque quam longissime diffitis deductionibus simplicibus adjungi potest, id male ad composita referunt.

Atque צלמות salva & integra &c. E.

Majoris sequelam propria gaudere claritate, veritate, in propatulo est. Nam quilibet, qui הלשון הקדש callet, nomina ex ipsarum lingvarum meditullio deducere, & ad formam simplicium formare, optimum esse profiteatur, necesse habet. Et certè à columnis (uti dicitur) Herculis petatum Etymon quærere, quid aliud quam nucleò posthahitò circa corticem versari?

Minoris probationem apud animum nostrum pensulatius ut cogitemus operæ pretium est. Illa verò nobilis filia lingua Arabica suppeditat hanc vice generosissimæ matri radicem צל id est, *obscurè lucere*, ex quâ de facili formari potest nomen simplex ad formam nominum in fine per ו auctorum (ut מלכות regnum, מדרות rebellio, עבדות servitus) צלמות h. e. *tenebrositas*. Sed quod legatur צלמות & ו non quiescat sed moveatur quid impedit? Utraque enim largimur manu punctationem & formationem hujus voculae esse irregularem. At an peregrinae vocis punctationes statim ipsam vocem reddant anomalam alij dispiciant.

B

6. Neq;

6. Neq; est ut (ו) movens quendam tibi moveat scrupulum. Linguæ sanctæ enim Parres à Syris aliisq; quam maximè cognatis populis aliquid mutuo accipere, non nullosque haut rarò apices more eorum (cum in ipsorum proprijs pomœrijs similia non videant) fabricari nihil est absoni. Ulteri⁹ verò animi tui projice ocellos & (ו) Hebraicū quiescens in istis nominib⁹ in singulari numero in scholis Syrorum moveri invenies in plurali, ut מְלָכִיתָ regnum facit מְלָכִיתָ. Vocalem itaque (ו) legere rara quidem avis est; sed an omne rarum statim sit falsum non persvadeor. Sed breviter. Adjunge צְלָמִית nominibus simplicibus illudque cum Clarissimo Reuchlino in Lex. explicā, per צְלָמִית h. e. tenebras, & omnia amicè inter se conspirare deprehendes. Pergamus ergò ad.

Q U Æ S T I O I I I.

*An Matth. 16. 18. Syrus interpretes ponat Petrum & ejus de-
generem filium Papam Romanum in fundamen-
tum Ecclesiæ?*

I. Pueris qui nondum ære lavantur tam notum quam quod notissimum, Papicolas multa imò innumera κρησφύ-
γετα quærere, ut adstruant secundarium seu vicarium Eccle-
siæ militantis caput post Christi in cœlos ascensionem
esse Petrum & ejus falsissimum successorem Pontificem
Romanum, qui sit caput quoddam Ecclesiæ monarchi-
cum. Causam rimaris ac miraris? En habet, quia Dia-
bolus (uti loquitur Isidorus teste Mentz. in prolegom.
Aug. Conf.) tanquam serpens lubricus, quando decipere
quemquam quærit, in varias sese transmutat formas, jam
in vulpinam, jam in leoninam, jam suaviter blanditur,

ut.

ut fallat, jam scavit, ut terreat, illius itaque filioli filio-
laque quin minuti sint isti canes & degeneres, qui varijs
fraudibus laedere tantum innoxios nati & vexare, nullus
dubito.

2. Hujus rei plenam fidem abundè comprobat cum,
suis socijs Bellarminus, qui itidem, ut falsam gemmulam
puerulis aut rusticulis imponere possit, varijs utitur argu-
tjs. Nunc enim ipsius os Scholasticorum commentis,
vel traditionum *μορμολυκείοις* æstuat, nunc ad fontes se re-
cipiens latibulum quærit in futuro *ὀικοδομήσω*, nunc con-
volat ad pronomen *ἐγώ*, è quo ingentes montes depen-
dere sibi persuasum habet, nunc denique ad alia, nescio
quæ, præsidia convolat, quorum verò omnium exactam
enucleationem siccò præterimus pede, eamque superiori
cogitandã recogitandamque relinquimus Facultati. Phi-
losophus enim ne ultra suam philosophiam, neque Phi-
lologus ultra suam Philologiam.

3. Postquam verò Jesuita Tannerus suorum sociorum ve-
stigijs insistens varijs usus est fraudibus, ut alia & quidem fir-
miora suorum fratrum structuris supponat fulcimenta, ideo
etiam postremo cœtum Christianorum armis Syriacis op-
pugnari totus studet. Verba ipsius in tomo 3. Theol. Schol.
disputat. 1. de fide quæst. 4. dub. 2. colum. 52. ita se habent
*Tertiò idem clarius patet ex textu Syriaco, ubi sine ulla pror-
sus variatione pro verbis illis Petrus & Petra unum ac idem
vocabulum cepha seu cipha utrobique legitur.*

4. Verum vanò conatu sudat noster Tannerus, malumq;
suum genium quam maximè prodit, nec non ad oculum
omnesq; (ut dicitur) sensus demonstrat, quod ipsi in verten-
do hoc loco nō libuerit, quod licuit, sed licuerit, quod libuit.
Syrus text⁹ ita sonat; *דַּאֲנָה הוּ כַפְּתָא וְעַל הָרְהָא כַפְּתָא אֲבַנְיָה*

B 2

quod,

quod interpretes, & imprimis Tremellius ita reddidere;
Tu es Petrus & super hanc petram edificabo.

5. Ubi vides hanc rem aded esse claram, ut ad eam intelli-
gandam, Delio notatore, ut ajunt, non opus sit. Nam &
ille, qui strenuam operam lingvis orientalibus haut dedit,
de facili deprehendit, quod hæc duo Cipa pari passu non
ambulent; sed quod 1. prius sit nomen proprium, posterius
appellativum. 2. alterum sit generis masculini, uti præ-
fixum pronomen **הוּ** indicat, alterum verò feminini, quod
videre est ex **הַרְיָה** tanquam perpetuo. Generis feminini
pronomine, uti inductio omnium exemplorum N.T.
Syri demonstrat. Et vocis quidem **כַּנְפָּה** *Petra* genus co-
gnoscitur ex adjunctis verbis & adjectivis, ut **בְּקַעֲיוֹן** *clama-*
bunt, Luc. 19, 40. **בְּהוֹיִן** *fiant*, Matt. 4. 3. **תּוֹקְלָחָה** *offensio-*
nis Rom. 9, 32. **בְּחִירָתָהּ וּבְקִירָתָהּ** *electus & pretiosus*, 1. Pet.
2, 7. 1. Cor. 3. 12. **שְׂפִירָתָהּ** *pulchri*, Luc. 21, 5. **חַיָּה** *vivi*, Pet. 2,
5. Pronominis **הַרְיָה** genus demonstrant loca sequentia,
Matt. 8, 10, c. 11, 16. c. 12, 42, 45. c. 15, 12. c. 19. 11. 22. 21, 2, 44.
c. 23, 36. c. 24, 13, 34. c. 20, 13. c. 28, 15. Marc. 6, 25, c. 7, 29.
c. 9, 10. c. 10. 22. c. 12, 43. 44. c. 13, 30. c. 14, 9. Luc. 2, 2, 12,
15. c. 4. 36. c. 7, 17, 31, 44, 46. c. 9, 45. c. 11, 29, 30, 31, 32, 50,
51. c. 13, 7. c. 16, 24, 28. c. 17, 25. c. 18, 5, 34. c. 21, 3, 32. c. 22, 47.
c. 23, 48. Joh. 1, 19. c. 3, 29. c. 4, 18. c. 6, 66, c. 7, 36. c. 10, 6.
c. 12, 18. 27. c. 19, 8, 13. c. 21, 23. Act. 1, 17. c. 2, 33. 40. c. 3, 16.
c. 4, 22, 27. c. 5, 4. 38. c. 6, 3, 5. c. 7. 4, 29, 60. c. 8, 21, 22. c. 9.
2, 35. c. 15, 2, 6. c. 16, 12, 14, 36. c. 19. 27. c. 21, 11. c. 22, 3, 4, 22.
c. 24, 21, 22. c. 28, 20, 25. Rom. 13, 9. 1. Cor. 3, 12. 2. Cor. 6,
7, 16, 20. c. 9, 3. 13. c. 11, 17. Philip. 2, 6. Col. 4, 16. 1. Thes. 4,
6. c. 5, 27. 1. Tim. 5, 5. Tit. 1, 13. Eb. 6, 11. c. 7, 22. c. 10, 16. c. 11.
2. c. 13. 2. Jacob. c. 3, 8. 1. Pet. 1, 25. 1. Joh. 4, 2, 3. 6. c. 5,
4, 9, 10, 11, 14.

6. Sed forsitan propter eundem sonum noster Tannerus hanc interpretationem effudit? Non inficior! Verum an ejusmodi sonus semper res easdem causet, mihi non persuadeo. Et certè, si unicuique esset fas & licitum unius ejusdemque soni ergò pro appellativo assumere proprium, aut pro apta & quam maximè convenienti formâ Humano capiti (ut cum Horatio loquar) cervicem jungere equinam, &

Undique collatis varias inducere plumas

membris, — — — — —

quæ exinde orientur monstra. Rem claram exemplis clariorem reddere allubescit. Voculam ׀ Gen: 22. 17. & Esai. 3. 24. unò eòdemque gaudere sonò legimus. Illam verò diversissima habere significata eruditi tradunt. Et rectè: Nam priori loco est particula, sed posteriori induit naturam nominis. Dicimus itaque significata vocularum unò eòdemque sonò gaudentium tantum haut rarò à se invicem distare, quantum particula à nomine, proprium ab appellativo sequestrantur.

Q U Æ S T I O IV.

An vox הוֹצִיא Gen. 14. 18. Pontificiorum doctrine de sacrificio missatico faveat?

1. Quantò ardore, quantâ ingenij animique virium contentione Papicolæ defendant sacrificium incruentum, quod missam vel Missaticum sacrificium appellitant, qui nesciat, nullus quin sit, nullus dubito; quod si quis erit, adeat modò Manuale Becani lib. 1. cap. 10. de missa; nihil hoc certo certius unquam inveniet.

2. Præprimis autem noster Becanus ille mille artifex

in eò totus occupatus est, ut suo falsissimo, & quod lerna malorum est, imò fax furia ad excitandum incendium, quò conflagrat totus Papatus, dogmati saltem aliqualem veritatis splendorem ex typis & figuris Veteris Testam. & præcipuè ex oblatione panis & vini à Melchisedech factà adferre possit. Exinde verò colligit tria, quorum alterum examinandum nos tantum hâc vice arripimus, quod ita sonat; *Secundò inquit, obtulisse panem & vinum in sacrificium, idq; in gratiarum actionem pro victoriâ ab Abrahamo partâ.*

3. Verum quam malè (mala enim mens malus animus) violenterque Becanus pervertat verum & genuinum hujus dicti sensum, etiam cœcus videt. In fonte est נִצִּיחַ, quæ vocula an commentitiæ oblationi Missæ patrocinetur, dispiciat ipsa vulgata versio (quæ tamen ipsis Papicolis est authentica, ut patet ex decreto 11. sess. 4. concilij Trident:) quæ sic præsentem reddit locum; *Porro Melchisedech Rex Salem protulit panem & vinum, & ipse quum esset sacerdos Deo altissimo &c.* Nos ergo tum sacrarum literarum, tum orthodoxorum autoritate ducti dicimus, quod Melchisedech non obtulerit in sacrificium, sed palam & omnibus videntibus (uti vis vocis Ebrææ innuit, vide Deut. 9. 28. c. 1. 27. Exod. 32. 12. &c.) protulerit panem & vinum, nec alium in finem (uti rectè de nostratium sententiâ Becanus differit) quam in corporalem refectionem militum, qui redeuntés ex prælio fame & siti laborabant. Et de sacrificijs veteris Testamenti hoc verbum נִצִּיחַ absolutè positum nunquam usurpatur: hoc sensu obtulit in sacrificium; sed notat propriè *palam rem proferre*: Sic LXX. καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλήμ ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτος καὶ οἶνον. Ubi luce meridianâ clarius patescit, quod amicè hæc versio cum
ipsis

ipsis hâc vice fontibus conspiret. Extra omnem enim du-
bitationis aleam positum est, ἐκθέσειν significare *propalam*
& omnibus videntibus proferre, efferre. Interim vide Act. 5.
& 10, & 15, Luc. 15, 22, & me vera dixisse deprendes, Interim

DEO sacratoris Philologiæ
Datori, Conservatori sit laus, honor &
gloria seculis nunquam terminandis,

COROLLARIA.

1.
Syrus Interpres sensum dicti Marc. 3. 21. valde attin-
git.

2.
כִּי est proprie nomen substantivum.

3.
Esai. 9. 3. sive legatur. כִּי sive יְיָ, semper manet res
salva.

4.
כִּי Gen. 2. 4. denotat tempus.



... in hoc mundo ...
... et in ...
... et in ...
... et in ...

DEO SACERDOTIS PHILOGIS
... honor & ...
... gloria ...

COROLLARIA

... in ...
... et in ...

... in ...
... et in ...



05 A 1051

ULB Halle

3


003 755 215



UBA
04







B.I.G.

Farbkarte #13



è vertat!

riga

ONUM
ARUM,

la

TROST II
oris Publici, Fau-
s sui colendissimi.

ei subjicit.

EINRICH
Mifnicus.
o Minori
Martij.
Matutinis.

ERGÆ,
IS RÖHNERI,
CXXXVI.

